Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift



130

fauore humani. ne oratio secreta impediat. si. in contemplatione diuina finiat. Oratio aut est fiducia animi cum deo per oratione colloquio. Vel ita. Oratio est oris ratio qua humilitas nostra manifestatur. et a domino petitur. archano preferitur.

Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici. putant enim quia in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Admonemur orare ad diem conscientia non multiloquio sicut ethnici putantes quia ipsi ita a dis exaudiri queant. sicut oratori iudicet. Hic obiicit. Si scit dis quibus indicem. frustra scienti loquimur. Ad quod respondemus nos non narratores esse. sed rogatores. Ipsa orationis intentionis cordium serenat capacitatem. efficit ad excipienda diuina munia.

Tunc dixit unus ex discipulis eius ad eum. domine doce nos orare sicut ioannes docuit discipulos suos. Vbi matheus dicit. Tunc herodes audiens quia iesus esset a magis iratus est. valde. nullum certum tempus diffinitum determinat. tunc. sed tale est quod dicit. Infantes die bus eiusdem herode natos. Sic ergo prudens lector exponat tunc. utique lectio postulabit.

Erant illis. Cum orauerit dicite. Pater nr. qui es in celis. Qui dicit pater nr. magnopere curet ne tanto patre sit indignus. Et possunt uere ac pie dicere nobiles et diuites pater nr. ut cognoscant se esse filios ignobilium et pauperum. In celis id est in sciis et iustis. Cum enim deus sit uiuus et diuinitatis presentiam in sciis specialiter et inhabitantes quam. Cum ad orationem stamus adorientes conuertimur ad eum. ut animo accedamus ad dominum et conuertere.

Sanctificetur nomen tuum. Quod semper sanum est ut omnibus innotescat et in nobis sanctificetur oratum. Nomen dei notitia dei est manifesta in sione in angelis catholica uero fide in presentia ecclesia dum regnat. Cum ergo in notitia dei sanctificamur ut ipse sit pater nostrum nos filii nos diuinis similes illi. et ipse deus. et nomen dei clarificatur et sanctum esse manifestatur.

Adueniat regnum tuum. hoc est manifestetur. Quem admodum enim lux presens ad oculos claudentibus ita dei regnum quia uis numquam discedat deiis tamen ignorantibus absens est. Vel ita. Ad